

Cambridge University Press

978-1-108-05112-5 - The Historical Collections of Walter of Coventry: Volume 1

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

**MEMORIALE FRATRIS WALTERI
DE COVENTRIA.**

28165.

A

Cambridge University Press

978-1-108-05112-5 - The Historical Collections of Walter of Coventry: Volume 1

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

Cambridge University Press

978-1-108-05112-5 - The Historical Collections of Walter of Coventry: Volume 1

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

MEMORIALE FRATRIS WALTERI DE COVENTRIA.

PARS PRIMA.

MISCELLANEA HISTORICA.

LIBER PRIMUS WALTERI COVENTRENSIS.

INCIPIT HISTORIA BRITONUM PER COMPENDIUM.¹

MS. Harl. 3860. fo. 3. BRITANNIA insularum optima, inter Galliam et Hiberniam Extent of Britain.
sita, octingenta miliaria in longum, et ducenta in latum con-
tinens, quicquid mortalium usui congruit, indeficiente fertili-
tate administrat; ubi tria sunt nobilia flumina, scilicet Humbra,
Thamisia et mare Sabrinum.

*Æneas post Trojanum bellum, fugiens in Ytaliā, filiam Origin and
unicam Latini regis Romanorum duxit in uxorem, de qua story of
filium Ascanium nomine generavit; Ascanius Silvium, Silvius
Brutum, a quo Britones,² qui matrem parturiendo necavit,
patrem vero venando a casu interfecit, ob quam causam
ejectus est a regno. Ipse igitur fugiens ad Græciam, col-
lectis reliquis ex Troja, post multa bella cepit regem Græ-
corum in prælio; unde de pace tractantibus, accepit Brutus
filiam regis; inde recedens, et cum ccc. et xxiii. navibus
navigans, applicuit in quandam insulam ubi in somnis audivit
hos versus;*

“ Brute sub occasu solis, trans Gallica³ regna,
“ Insula [in] Oceano est, undique clausa mari,

¹ Abridged from an abridgment of Geoffrey of Monmouth, probably MS. Harleian 3860, or one of similar character; in which the wording of the original is for the most part preserved. The first page of

the MS. contains a French account of the kingdoms of the Heptarchy, which will be found in the Appendix to the Preface.

² *Britones*] Brutus, C.

³ *Gallica*] Gallia, C.

Cambridge University Press

978-1-108-05112-5 - The Historical Collections of Walter of Coventry: Volume 1

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

4

MEMORIALE FRATRIS

Oracle ad-
dressed to
Brutus.

“ Hanc pete; namque tibi sedes erit illa perennis,
 “ Hæc fiet natis altera Troja tuis.
 “ Et de prole tua reges nascentur in ipsa,
 “ Totus huic terræ subditus oris erit.”

MS. Harl.
3860. fo. 3.Corineus
joins him.

Iterum ergo navigans, invenit quatuor generationes ex reliquiis Trojæ; quorum dux erat Corineus, qui postmodum fuit dux Cornubiæ, qui cum gigantibus lusit ac si cum pueris contenderet.

Date of his
arrival in
Britain.

Eo tempore quo Brutus intravit Angliam regnavit in Iudea Hely sacerdos, et capta est archa Domini, annis M.CC.XX. ante Nativitatem Christi.

Sons of
Brutus.

Conquisita igitur insula Britanniæ a Bruto dicta, occisis gigantibus, Brutus genuit ex Imogen uxore sua tres filios, quorum nomina hæc sunt; Locrinus, Kamber, Albanactus; ac post mortem Bruti divisa est insula; Locrinus habuit Loegriam tanquam senior et dominus, id est medianam partem insulæ; Kamber habuit Cambriam, scilicet, ultra Sabrinum, quæ nunc dicitur Wallia; Albanactus habuit Albaniam, quæ modo dicitur Scotia. Locrinus genuit de¹ filia Corinei, filium nomine Madian, qui regnavit post eum et genuit duos filios, Malin et Menbriz. Menbriz autem occidit fratrem suum Malin et regnavit, et genuit filium nomine Ebrauceuen, qui tam potens et nobilis erat quod condidit civitatem Eboracum, et posuit² in ea mansiones m. Ipse fecit castellum Puellarum in Albania, quod modo dicitur Edenburc; et obtinuit usque mare Scoticum. Genuit autem xx. filios et xxx. filias, quæ filiæ omnes maritatae in Ytaliam, per regem nomine Silvium, qui in Ytalia tunc regnavit, et fuit de parentela Ebrauci. Nolueruntque mulieres Ytaliæ commiscere cum Trojanis, et ideo misit in Britanniam pro illis. Tempore autem David regis in Iudea regnavit Ebraucus in Britannia, xl. annis viriliter. Ipse vero primus post Brutum classem in partes Galliarum duxit et eos devicit.

Conquest of
Gaul.

Azarakus filius Ebrauci 2^{ndus} navigavit in Allemanniam cum fratribus suis, et eam gladio conquisivit. Brutus vero dictus Vertescu, filius Ebrauc senior, regnavit in Britannia post patrem suum xii. annis, et condidit civitatem Carleoli.

¹ de] Uredelle, C. interlined. The Guendolæna of Geoffrey of Monmouth, ii. 4. Our abbreviator omits the story of Guendolæna, which

is retained by the author of the abridgment in MS. Harl. 3860.

² et posuit . . m.] This statement is not derived from Geoffrey.

Cambridge University Press

978-1-108-05112-5 - The Historical Collections of Walter of Coventry: Volume 1

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

WALTERI DE COVENTRIA.

5

MS. Harl. 3860. fo. 4.
 Regnavit autem post eum filius suus Cuthbras Helyas,¹ qui Winchester, Canterbury, and Bath founded.
 condidit, id est propriavit civitatem Wintoniæ et Canterbiriam; post quem regnavit Bladuc, qui fuit nigromanticus et fecit Baa, et illa mirabilia balnea calida; qui volavit et cecidit.

Post eum regnavit Leyr filius ejus qui condidit civitatem Leyrcestriæ, a Leyr dictam; qui genuit tres filias, scilicet Goronillam quæ despontata est duci Albaniæ, et Regan quæ nupta est duci Cornubiæ, et Cordoillam, quæ propter suam sapientiam nupta est Aganippo regi Francorum. Hæc cum quæreret pater ab ea quantum eum diligenter, respondit, “Quantum habes tantum vales, tantumque te diligo.” Et cum insurgerent filii ejus degeneres in eum fugit ad eam in Galliam, et, accepta potestate et collecto exercitu, rediit in insulam cum filia, et occidit duces Albaniæ et Cornubiæ. Postmodum regnavit iii. annos in senectute sua.

Post eum regnavit Cordoilla filia ejus v. annis, super totam Cordoilla. Britanniam; insurrexerunt in eam filii sororum ejus, scilicet Cunedac et Margan; Ysaias et Osee;² et incarceraverunt eam. Cunedac and Margan. Roma condita est. Cunedac vero occidit Margan et regnavit in insula 33 annis.

Post eum filius ejus Rivail,³ post quem Cugustius;⁴ post eum Sisilius; post quem Gordiades.⁵ Hic genuit duos filios, Por- rex et Senex. Porrex occidit fratrem suum et regnavit. Ipsum vero occidit mater sua clam in lecto. Quamobrem insur- rexerunt quatuor potentiores terræ, et regnabant, unusquisque in loco suo. Stater⁶ regnavit in Albania, Povier in Loegria; Rudac in Wallia, Clotes in Cornubia. Ejus filius Duncwale⁷ conquisivit totam insulam, et regnavit xl. annis. Hic statuit leges, et primo coronatus est auro. Hic genuit Belin et Brenne. Belinus regnavit in Loegria, et Brennus in Albania. Orto igitur bello inter eos fugit Brennus trans mare in Galliam. Regnans igitur Belinus filius Duncwale fecit vicum⁸ unum per

¹ *Cuthbras Helyas*] Hudibras; Gaufr. Mon. ii. 9. Rudhudibras, MS. Harl. Our abbreviator has omitted a generation. According to Geoffrey, Carlisle was founded by Leil, son of Brutus Greenshield.

² *Ysaias et Osee*] The names of the two contemporary prophets, as well as the date of the foundation of Rome, have run into the string of the British History, in this curious way,

perhaps out of the margin of the MS. which our author was abridging.

³ *Rivail*] Rivallo, G. M. ii. 16.

⁴ *Cugustius*] Gurgustius, G. M. ii. 16.

⁵ *Gordiades*] Gorbogudo, G. M. ii. 16; two generations, Lago and Kinmarcus, being omitted.

⁶ *Stater*] Staterius, G. M. ii. 17.

⁷ *Duncwale*] Dunwallo Molmunitius, G. M. ii. 17.

⁸ *vicum*] viam, G. M. iii. 5.

Cambridge University Press

978-1-108-05112-5 - The Historical Collections of Walter of Coventry: Volume 1

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

The ancient medium insulæ, qui vocatur Fosse; qui incipit in Toteneys et MS. Harl. 3860. fo. 4
roads made. finitur in Cateneys. Alium etiam vicum fecit ex transverso

Invasion of Gaul and Italy.
insulæ de Sancto David in Wallia usque portum Hamptoniæ. Brennus redit in Britanniam cum exercitu copioso contra fratrem suum, et veniens regina mater eorum, laceratis pannis usque ad cingulum ostendit mamillas filii; et filii pietate confracti composuerunt pacem, et simul cum exercitibus exeuntes de insula cuperunt Galliam et Italiam cum aliis provinciis sibi adjacentibus.

Capture of Rome.
Postmodum vero oppugnantes cuperunt Romam, et suspenderunt xxiiii. de nobilioribus, tempore Assueri regis: post quem regnavit Darius, post quem Alexander magnus. Tandem Brennus dux Allobrogum regnavit in Italia, et Belinus reversus est in Britanniam et sepultus est Trinovantum. Ejus treugarius fuit Gulak¹ rex Danubia. Post Belinum regnavit filius ejus Gurmus,² post quem Guicelinus, post quem Sisillius, post quem Morpidas.³ Hic habuit 3 filios. Hic fortissimus pugnavit cum quodam monstro quod occidebat homines quasi innumerales; ipse solus armatus adiit monstrum et occidit, tamen a monstro devoratus est. Post quem regnavit filius ejus Gorbonias: ⁴ post eum regnavit frater ejus Algalus,⁵ qui injustas leges posuit, et ejectus est a regno propter malitiam suam; et cum non posset habere auxilium in partibus transmarinis

Story of Algalus and Elidur.
rediit ad Britanniam, et inveniens fratrem suum juniores, scilicet Elidur, regnantem, rogabat eum de pietate. Qui pietate confractus fixit se infirmum, ac per cautelam adduxit comites et barones ad parliamentum⁶ infra castrum suum, et compulit eos facere fratri suo Algalo homagium, qui ante fuerat ejectus a regno; et mutavit Algalus malitiam suam in bonitatem, et regnavit in virtute sua x. annis. Post eum regnavit Elidur frater ejus, rex piissimus; et orta discordia inter ipsum et suos, ipsum cuperunt, et in Turri Londoniarum incarceraverunt; mortuis ipsis. Jeremias prophetauit, et transmigratio Babilonia facta est.⁷ Elydur de carcere educitur, et rex tertio efficitur, et regnavit annis multis.

¹ *Gulak]* Guichlacus, G. M. iii. 2.

the wording of this story: he speaks of the *principes* visiting Elidur, not of barons or a parliament.

² *Gurmus]* Gurgiunt Brabtruec, G. M. iii. 11.

⁷ *Jeremias . . . facta est]* These

³ *Morpidas]* Mervidus, G. M. iii. 14.

contemporaneous events run accidentally into the string of the story, which otherwise would run on, "Mortuis ipsis, Elydur de carcere, &c.," G. M. iii. 18.

⁴ *Goroonias]* Goronianus, G. M. iii. 16.

⁵ *Algalus]* Arthgallo, G. M. iii. 17.

⁶ Geoffrey is not responsible for

Cambridge University Press

978-1-108-05112-5 - The Historical Collections of Walter of Coventry: Volume 1

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

WALTERI DE COVENTRIA.

7

MS. Harl. 3860. fo. 4. Post ipsum regnaverunt xxxv. reges, unusquisque in loco suo; List of the
quorum nomina haec sunt; Gorbonias;¹ post eum regnavit Marganus, c. et xl.² annis; post Ewanus, post regnavit Ylbalo³ qui per electionem electus est in regem; post Rumo;⁴ post Gerunces, post Catellus, post Coylus, post Porrex, post Cherenius, post Fulgentius, post Elyades,⁵ post Androgius, post Unanus,⁶ post Deirdacus,⁷ post Gurgentius, post Merianus, post Bledudo, post Capianus, post Oneus,⁸ post Arthual, post Redwyn, post Aredek, post Caporus, post Eldol, post Aldanus, post Reginus, post Belyud, post Cloteus, post Sisilius, post Cobertus, post Samuel, post Benesel, post Pirus, post Elyenus. Tum regnavit Belinus xl. annis, et potens fuit. Hic habuit filios, scilicet Lud et Cassibellianum et Venium. Lud regnavit post patrem, et amplians civitatem Trinovantum mutavit nomen civitatis in Londonias. Post eum regnavit Cassibellianus frater suus, qui habuit filios Guydelum et Arvitagum⁹ qui devicit Julium Cæsarem imperatorem Romanorum in ripa de Thamis per tres vices; per eundem Julium superatus est fere et hoc per Androgeum qui fuit dux Londoniarum. Unde pace facta Romæ tributarius fuit in ccc. libris.

MS. Harl. 3860. fo. 5. Eo tempore, scilicet Cæsaris Augusti, natus est Christus,¹⁰ secundum quod scribitur, "Exiit edictum a Cæsare Augusto ut describeretur universus orbis," etc. Tunc enim successerat Julio Octavianus Augustus. Post eum regnavit Guidelinus, contra quem duxit exercitum in Britanniam Claudius Cæsar, et Vespasianus eo quod renuit tributum solvere. Initio igitur bello quidam miles nomine Hamelinus,¹¹ dejectis armis propriis, cum Invasion by Julius Cæsar.

¹ *Gorbonias*] Gorboniani filius, G. M. iii. 19.

² *c. et xl.*] Probably the time given to the whole 35 kings; but Geoffrey does not mention this number. The Harleian MS. omits the names.

³ *Ylbalo*] Idvallo, G. M. iii. 19.

⁴ *Rumo*] Runno, G. M. iii. 19.

⁵ *Elyades*] Eldadus, G. M. iii. 19.

⁶ *Unanus*] Urianus, G. M. iii. 19. The king who succeeded him, Eliud, is here omitted.

⁷ *Deirdacus*] Cledancus, G. M. iii. 19. His successor Cletonus is omitted.

⁸ *Oneus*] Oenus, G. M. iii. 19; between Oenus and Arthmal two kings are omitted, Sisilius and Blegabred; and after Arthmal the succession in Geoffrey is, Eldol, Redion, Rederchius, Samuilpenissel, Pir, Capoir, Gliqueillus, Heli, the last being father of Lud, Cassibellaunus and Nennius: iii. 20.

⁹ According to Geoffrey these were the sons of Cymbelinus, the son of Tenuantius, brother of Androgeus, and successor of Cassibellaunus, G. M. iv. 11.

¹⁰ Galf. M. iv. 10.

¹¹ *Hamelinus*] Hamo, G. M. iv. 14.

Cambridge University Press

978-1-108-05112-5 - The Historical Collections of Walter of Coventry: Volume 1

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

Treachery of vidisset partem Britonum meliorem, cœpit in armis Britonum ^{MS. Harl. 3860. fo. 5.}
 Hamelin. infestare suos, et accedens propius juxta regem dolo occidit regem. Hoc autem perpendens Arviragus, frater regis Guydelini, cepit arma regis, et hortatus est Britones viriliter resistere.
 Defeat of Claudius. Et sic factus est Claudius imperator in fugam; et insecurus est Hamelinum usque in ripam Hamptoniæ, id est portum Hamonis; et ibi interfecit eum. Fugiens itaque Claudius imperator Wintoniam, obsedit eum Arviragus,¹ et nacta pace misit Claudius Romanam pro filia sua, et dedit eam Arvirago.
 Peace. Gloucester founded. Et in memoria nuptiarum condita est civitas Claudiocestriæ, id est, Gloverniæ. Reversus est Claudius Romanam, et concessit libere Arvirago totam Britanniam cum insula. Regnavit igitur Arviragus viriliter multis annis et potitus est gloria. Eo tempore beatus Petrus ecclesiam Antiochenam fundavit. Postmodum² regnavit Lucius in Britannia anno Domini cr^o. Qui missa legatione ad sumnum pontificem Eleutherium petiit baptismum. Tempore cujus primo dilatata est Christianitas in Britannia; et ordinati sunt in Britannia 3 archiepiscopi et xxiii. episcopi. Et regnavit l. annis, et mortuus est sine hærede. Qua de causa Romani miserunt in Britanniam contra Scotos et Pictos et alias nationes de insula duas legiones, id est, xiiii. millia et ccc. et xxxii. homines, cum Severo senatore Romanorum; qui Severus fecit fossatum continens lx. miliaria a mari Orientali usque ad mare Occidentale, id est de Novo Castro super Tynam usque Karleolum.³ Hic Severus pugnavit apud Eboracum cum quodam magno homine Fulgentio Pecto, et ambobus occisis, electus est Basian in regem. Qui regnavit pluribus annis viriliter. Post quem regnavit Karray; post eum⁴ Asclepiodocus; et occiso a Coel, miserunt iterum Romanii Constantium cum legione. Et timens Coel dux Colcestriæ dedit filiam suam Constantio, qui regnum suscepérat. Petivit enim pacem et Romæ tributum dedit, et infra paucos dies infirmatus moritur. Tum Constantius senator Romanorum dissipate Britoniæ se coronavit, qui duxerat filiam Coel regis unigenitam nomine Helenam; de qua genuit duos filios et unam filiam, scilicet, Constantinum, Constantium et Constantiam. Qui Constantinus regnavit post patrem suum anno Domini ccc^xri. Eo tempore erat Romæ pessimus tyranus nomine Maxen-

¹ According to Geoffrey it was Claudius who besieged Arviragus in Winchester, iv. 14.

² Postmodum] The reigns of Marius and Coillus, G. M. iv. 17, 18, are omitted.

³ qui Severus . . . Karleolum] Not from Geoffrey.

⁴ post eum] Allectus is omitted, G. M. v. 4. The Harleian MS. is here briefer than the text.

Cambridge University Press

978-1-108-05112-5 - The Historical Collections of Walter of Coventry: Volume 1

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

WALTERI DE COVENTRIA.

9

MS. Harl. 3860. fo. 6. Conquest of
Rome by
Constantine.
 tius, a quo plures Romani gravati fugerunt in Britanniam ad Constantine qui nobilissimus juvenis erat. Horum igitur Regnum Octavius qui, cum prole careret, misit Romanum pro Maximiano proconsule, et filiam suam sibi dedit cum regno Britanniae. Qui in duos imperatores¹ debacchatus, unum occidit et alterum fugavit, et factus est imperator. Eo tempore xi. milia virginum exuenientes de Britannia interfectæ sunt, quarum corpora apud Coloniam quiescent. Maximiano mortuo, irruunt barbari in Britanniam. At illi petentes auxilium a Graciano imperatore, missa legione, a Romanis fugati sunt barbari. Eo tempore factus est murus inter Deyram et Albaniam² super Roman wall. fossatum. Deinde regnavit in Britannia Constantius³ frater Constantius regis Armoricae, id est Minoris Britanniae. Eo tempore Sanctus Martinus, Hillarius, Ambrosius et Augustinus floruerunt. Hic Constantius genuit 3 filios, scilicet Constantem, Aurelium, et Uter cognomine Pendragon, id est, caput draconis. Eo mortuo regnavit Constans filius ejus, qui et primo monachus erat Wintoniæ. Quo a Scotis occiso per insidias Vortigerni amici sui, post eum regnavit Vortigernus. Eo tempore Hengistus⁴ venit Saxonius cum suis in Britanniam, et juvabat regem contra Pectos et Scotos; et dedit filiam suam regi; daughter. cum tamen esset paganus. Quæ cum die quadam regi polum propinans diceret Saxonice "Louerd king, wesheil," rex per interpretem respondit "Drinc heil." Et extunc inolevit consuetudo inter Anglicos quod ad invicem propinarent per Wesseil et Drinc heil. Hic Hengistus in parlimendo apud Salesbiriam præcepit suis cultros habere in caligis, ut auditio hoc verbo, "Nimis oure sexes," unusquisque Britonem suum interficeret. Quod pro parte factum est; nam ceciderunt de nobilioribus Britonum circiter cccc. et lx^a, de Saxonibus vero non pauci, licet Britones essent inermes. Fugit igitur Vortiger rex et Eldolf dux Claudiocestriæ, id est Gloverniæ, in Kambriam, id est Walliam. Ipsi vero Saxones pagani tenuerunt totam Loegriam. Eo tempore floruit Merlinus⁴ vates, et ostendit regi Vortiger quomodo ædificium suum quod uno die parabatur, altera die tellus absorbebat per dracones ibi latitantes. Mater Merlini monialis fuit, pater vero incubus dæmon fuit. Veniens igitur Aurelius frater Constantis de Armorica cum magno navigio intravit Britanniam, et Vortigernum obsedit et combussit, Hengistum occidit et Saxones exterminavit. Et ut

¹ Gratian and Valentinian, G. M.
v. 9.

² G. M. vi. 1.

³ Constantinus, G. M. vi. 5.

⁴ The Harleian MS. runs into much more detail about Merlin.

Cambridge University Press

978-1-108-05112-5 - The Historical Collections of Walter of Coventry: Volume 1

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

Stonehenge. locum in quo Britones sunt interfecti faceret memoria dignum, MS. Harl. 3860. fo. 7.
 apud Salisbiriam, consilio et auxilio Merlini misit in Hiberniam pro Corea Gigantum,¹ quæ modo vocatur Stanhenge. Et in die Pentecostes diadema sibi ibi imposuit, et post paucos annos infra Coream sepultus est. Eo tempore apparuit stella magna in firmamento in cujus radio globus erat igneus ad modum draconis.

Uter Pendragon. Mortuo autem Aurelio regnavit Uter frater ejus, et fecit sibi dracones aureos ad similitudinem illius qui visus est in cœlo; unum posuit in ecclesia primæ sedis; alium in prælio secum portavit, et ob hoc vocatus est Uther Pendragon, id est, caput draconis. Ipse occidit Pascentium et Gylomannum regem Hiberniæ cum magno exercitu. Occidit etiam Octam filium

Arthur. Hengisti cum suis Saxonibus, et tandem veneno interiit. Arthurus vero filius suus, xv^m² annum agens, regni diademate insignitus est. Qui cum esset miræ probitatis et inauditæ largitatis confluxit ad eum innumerabilis multitudo militum:

His victories. Saxones, Pectos et Scotos exterminavit. In uno bello duos gigantes interfecit propria manu, et ccclxx. homines. Hic Guthlandiam et Hyllandiam, Orchadyam, Daciam et Northwagiam sibi subjugavit. Alii plures ultiro se sibi subjugaverunt propter ejus famam. Deinde tempore Hillarii papæ, anno Domini cccclxv., Galliam, Wasconiam, Aquitaniam, cum cæteris provinciis sibi subjecit; Bedewero suo pincernæ Normanniam dedit; Gayo dapifero suo Andegaviam tradidit, et cæteris cætera similia; reversusque Britanniam tenuit festum Pentecostes³ in Wallia apud Karnavan, cum tot regibus et proceribus sibi servientibus, Auguselus rex Albaniæ, id est Scotiæ, Urianus rex Northumbriæ, Cadwallo rex Venedorum, id est Northwales; Statius rex Suthwalliæ; Cador rex Cornubiæ. X. insulæ reges fuerunt hii, scilicet, Gilomannus rex Hiberniæ, Malvasius rex Yslandiæ, Loth rex Northwagiæ, Achilles rex Dacorum, Dolmannus rex Gothlandiæ, Gilmasius rex Orchadum. Item archiepiscopus Urbis Legionum, id est, Karleon. Ex

His consuls. ducibus hii fuerunt, consul Claudiocestriæ, consul Exoniæ, consul Warewyki, consul Cantiæ, consul Herefordiæ, consul Hertfordiæ, consul Lincolniæ, consul Eboracensis, consul Wintoniæ, consul Bedefordiæ, consul Leyrcestriæ, consul Cestriæ, consul Insulæ, consul Arundeliæ, et cæteri multi.

His foreign dukes. Ex transmarinis partibus duces fuerunt Bedewerus dux Normanniæ, Gayus dux Andegaviæ, Gichardus dux Pictaviae,

¹ G. M. viii. 10.² G. M. ix. 1.³ G. M. ix. 12. The Harleian

MS. is much briefer on Arthur than the text.